

appellatio suspensiva, Scaccia de appellat. quæst. 17.  
Limit. 17. num. 5.

77 Limitatur secundò dicta conclusio, ut non proceda in sententia lata inter duas Ecclesiastis contendentes de jure decimandi, ut declarat Joan. Andr. & Butrius in d. cap. tua nobis, uterque num. 7. Scaccia de appell. q. 17. limit. 8. num. 3.

Ultimum limitatur, ut non procedat quando collector decimarum excedit modum, quia tunc ab excessu potest appellari, Decr. n. c. novit. 34. lim. 10. n. 28. Scaccia ubi proximè. n. 4. quia nullus est casus de mundo, in quo propter excellum non admittatur appellatio suspensiva: latè dicemus infra 4 p. c. 3. per tot.

78 Cujus etiam farinæ est, quod in ultimo loco hujus cap. apposuimus, quòd sit dicendum in sententia lata pro solutione stipendi, & salarium famolorum, an ab ea appellatio à condemnato proposita, violentia fiat, nisi deferatur. In quo non vim esse, affirmo, cum hujusmodi appellatio non suspendat, quia res dilationem ad honorem Dei, ex quo illud salarium succedit loco alimentorum, Scaccia ubi proximè sub num. 8. & lib. 1. in causa civil. & crim. c. 5. n. 6r.

Quare signatura justitia quando agitur de mercede promilla, vel de mercede inter eum, qui est solitus locare operas suas, & eum qui est solitus conducere, non solet referri in commissione nisi cum clausula (sine prajudicio legitima executionis aut fine retardatione executionis) præterim quando sententia est lata in tribunali Rever. Gubernat. urbis Marques. de commis. 1. part. in commis. appellat. in causa mercede 519. nu. 22. & 23. fol. 216. Scaccia de appellat. q. 17. limit. 8. sub n. 9. & 10. ubi dicit, quod si agitur de mercede non convertita, nec inter solitos locate, & conducere, signatura solet referri cum clausula (si quid excequendum) Marques. ubi prox. n. 24.

Et ubi agitur de mercede non convertita, sed inter 88

solitos locate & conducere, & signatura sententia judicem à quo excelsissima in taxatione mercedis, solet in aliqua parte dare executionem, & in alia appellatio simpliciter deferre, aut alter arbitrio sub diversis temporibus referri. Scaccia, ubi suprà n. 10. & Marches. num. 25.

Si autem pars opponat, operarium esse divitem, & 89  
de eo confiteri, celibat privilegium appellations; quia imò tunc habebit locum quoad utrumque effectum, etenim sub hac qualitate necessaria paupertatis fundatur appellations denegatio, quia cessante, debet causa remanere sub dispositione juris cum munis, ut ex d. Rotz decif. tenet optimè Gratia. Marquesa. & alii locis supra citatis.

Unum tamen obiter adverti, quod in hoc articulo 90  
justis juris terminis abutuntur Doctores, præcipue Mandos. & Flores, dum dicunt: in causa salarium & mercedis procedi summarie & executivè: siquidem nulla probatio, quantumcumque liquidissima executione habet Andr. R. in tract. de executione c. 1. art. 2. nu. 16. Nec valet consequentia, causa est summaria, ergo executiva, quia in causa summaria procedit juris termini 91  
nisi servatis, licet abbreviatæ, & admittitur appellatio, cle. dispensatio de judiciis, clem. Jep., de verb. signif. nisi aliqua specialis ratio obfiet. A causa contraria autem consequentia valet, est executiva, ergo summaria; non enim quod aliqua causa sit inappellabilem, & sententia exequatur, dicuntur procedi in ea executiva, quoniam hoc etiam accidit in una sententia in judicio ordinari, ut est videre in possessorio (ut infra suo loco dicimus) & in causis criminalibus, & in causis super provisione beneficiorum Parochialium, quando iudex vult, juxta text. & gloss. in cle. dispensatio de judiciis & aliis infinitis.

Et de materia salariorum ultra suprà citatos vide 93  
multa allata in propostum per March. d.e. 19. per tot. q. n. fi. bene adverti pro salariis Advocatorum Procuratoris & similium, tractatur & conveniunt debitor, ubi causa tractata est, ejus fortior forum, ex l. 1. § in honorariis, ff. de variis, & extraordinariis cognit. & ita practicatur, Bobadilla in pol. l. 2. c. 17. a.n. 130. 94  
qui loquitur in judice Ecclesiastico, ut possit lacum litigantem compellere ad salarium Advocatorum & aliorum. Mandos. in formula commiss. 21. in verbo validitate jurisdictionis Gratian, in dicto forens. c. 154. num. 24. tom. I.

## CAPUT

## CAPUT III.

Appellant à sententia, qua quis condemnatur ad solutionem pensionis super ejus beneficio oppositæ; an & quando ob denegatam delationem vis fiat.

## SUMMARIUM.

- 1 Pensio reservata pro alimentis & pro vita humana sustentatione non recipit appellacionem suspensivam, ubi de exemplis.
- 2 Pensionis processus sive fidminetur executivè, sive summarie tantum, appellacione suspensiva caret.
- 3 Subclausula charitativum impostum per Episcopum pro alimentis appellacionem non admittit.
- 4 Salaria & mercedis executio non suspenditur per appellacionem.
- 5 Pensionis ad solutionem condemnatus vigore Bullarum Pontificium ex causa, puta resignationis, non potest impedi executionem per appellacionem.
- 6 Litera Apostolica eis reverentiam habent executionem paratam, que non suspenditur per appellacionem.
- 7 Literarum Apostolicarum virtute præcedunt executionem titulatum, tam ob earum reverentiam, quam ob obligationem Cameralem, qua in eis fieri solet.
- 8 Commisso appellacionis ab executione literarum pensionis restringitur cum clausula (sine prajudicio legi & exceptionis) & non cum clausula quæ dicit Gigas.
- 9 Clausula (sine retardatione solutionis pensionis) tunc appropiatur, quando committitur appellatio super nullitate, aut reductione pensionis, & alius.
- 10 Clausula (sine prajudicio literarum Apostolicarum) quando apponitur.
- 11 Commisso appellacionis ab executione virtute cameralis obligations, quia clausula restringatur.
- 12 Ab executione literarum Apostolicarum, instrumenti cameralis, ut rei judicata appellatio praeponit antecedens validum, à quo executio dependet, & negoti conseqüens, nempe executionem, & sic nihil agit.
- 13 Clausula (sine prajudicio literarum, &c.) & similes preservant jurisdictionem judicis à quo, nec commisso impedis ab ulteriori procedere.
- 14 Clausula (sine prajudicio literarum, &c.)stante, potest judex à quo titularem cogere ad solutionem pensionis.
- 15 Clausula preservativa sententie commissarius non potest inhibere judicis à quo.
- 16 Clausula preservativa enervat vim & effectum inhibitionis.
- 17 Inhibitione conjetur expedita subintellella illa clausula preservativa prout in commissione, aquo non aliter judex recipit jurisdictionem.
- 18 Inhibitione censuratur inesse dicta clausula conditio, quia judex non potest jurisdictionem nisi per aliam executionem, que deficiente evanescit inhibitione.
- 19 Ab inhibitione, cui virtualiter inest clausula preservativa, appellatio emisit, ut in legitime referendum.
- 20 Clausula preservativa limitant & suspendunt jurisdictionem pensionis, non impedit interim agere via execucriva ad ipsam pensionis exsolutionem.
- Quod procedit sive quando lis pendet viro commissarius & officia est cum clausula ordinaria (sine retardatione solutionis pensionis, &c.) & quibus rationibus hec clausula in commissoriis apparetur, ibid. & n. 50.
- Possessori novo beneficii competunt remedia possessoria pro rebus ad illud spectantibus, quas non posset, dummodo praedecessor fuerit in possessione, ibid.
- 22 Judex debet esse certus de sua jurisdictione.
- 23 Qualitas & natura appellacionis multoties valet, & alteratur ex modo procedendi.
- 24 Exceptionem legitimam, puta surrepptionis, defectus jurisdictionis, vel ortam ex ventre gratia tacite, ex-salgado de Protec. Reg.

## 350 De Regia Protect. vi oppress. appell.

- 43 *Tiulare etiam habente unam sententiam pro se in commissione super translatione pensionis, rescribitur cum clausula (sine retardatione, &c.)*
- 44 *Lis super reformationem aut nullitas pensionis etiam si pendeat coram ordinario absque commissione, vel cum ea etiam absque dicta clausula praeferativa, adhuc talis exceptione non impedit executionem pensionis.*
- 45 *Etiamsi ordinarius hoc casu execuorem inhibuerit, quia cum sit inferior non potest.*
- 46 *Clausula (sine retardatione, &c.) opponi solet in commissione, super causa reductionis vel nullitatis pensionis ob Pontificis reverentiam, & calamum debitorum.*
- 47 *Clausula praeferativa limitat, & suspendit iurisdictionem judicis commissarii.*
- 48 *Clausula praeferativa importat conditionem, ita ut iudex non possit procedere, nisi prius soluta penitentia.*
- 49 *Et tamen inhibitionem, cuius potentiam enervat clausula, & subtillegitur conditio commissionei.*
- 50 *Clausula praeferativa si dicitur in commissione super nullitatem aut reformationem pensionis, exceptio litis pendit executionem interim, vide n.41.*
- 51 *Exceptio nullitatis opposita executioni pensionis debet apparetur notoriè & evidenter, alia non impedit executionem.*
- 52 *Nullitas que versatur circa extrinseca gratia pensionis (prout in exemplis qua apponuntur) non impedit executionem, sed referatur iudicio ordinario.*
- 53 *Exceptio qua apponitur executioni pensionis debet constare incontinenti.*
- 54 *Nullitas que versatur circa intrinseca gratia, nempe circa sureptionem, vel obreptionem & similia, legitima exceptio est ad impedientiam executionem pensionis.*
- 55 *Exceptio sureptionis, & obreptionis efficit executorem incompetenter.*
- 56 *Litere reservationis de flylo Curiae regulantur juxta naurum literarum beneficium.*
- 57 *Sureptio amullat gratiam ipsius iure, & per consequens datione executionis, cui nulla attributur juris scilicet.*
- 58 *Nicolaus Garcia opinio reprobatur.*
- 59 *Pensionis reservatio super aliquo beneficio non facta relatione alia, est jam gravatum, est nulla, etiam si motu proprio fuerit reservata.*
- 60 *Exceptio, quod in secunda reservatione pensionis non fuit facta mentio de alia pensione ejusdem beneficii, an requiratur aliorem indaginem.*
- 61 *Pensionem si tertius habens super beneficio petat committi causam nullitatis prima pensionis, exigitur causatio quamvis allegetur paupertas prioris pensionarii.*
- 62 *Curio iuxta l.i. is a quo si de rei vend. procedit etiam in beneficibus.*
- 63 *Exceptio reductionis pensionis quando provenit ex ventre Bullae conditionaliter, nempe (dummodo tantum remaneant, &c.) impedit executionem, etiam si incontinenti non probetur.*
- 64 *Exceptio quod oritur ex ventre instrumenti Camerallis, etiam si requiratur alteram indaginem, admittitur ad impedientiam ejus executionem.*
- 65 *Pensionis reservatio cum clausula (dummodo remanent centum pro redore) & similibus, est conditio, de qua prius debet constare.*
- 66 *Quod procedit sive ordinariè, sive executivè agatur, ibidem.*
- 67 *Pensionis reservatio conditiones aut alias qualitates habent facit ut auditor teneatur sumere partes judicis.*
- Et an ordinario sit talis causa in prima instantia remittenda, ibid.
- 68 *Pensione Rektor gravatus si per decennium non solverit opposita exceptione & causas non solvendi, & si apparentes allegando, (remissa causa ordinario) non potest executor contra illum executive procedere.*
- 69 *Pensionis non soluta per longum tempus apposita ex-*
- ceptione commissio appellations non datur cum clausula (sine retardatione solutionis pensionis) cum proponent, adhuc presumpto.*
- 70 *Pensionem appositam super duobus beneficiis ab uno posse, ita quia postmodum ad duos possessores devenerit, si non tenentur in solidis, sed pro rata solvere.*
- 71 *Pensionis opposita super duobus beneficiis devenerit, ita ad duos possessores, non dicitur liquida, sed prius debet executor cognoscere, de rata portionis quanto uniuscumque beneficium.*
- Quo causa non rescribitur commissio appellations cum clausula (sine praedictio legitime executionis), ib.*
- 72 *Exceptio illa consentientem pensionis caruisse bonum iure & beneficii possessione, non impedit executionem contra titulum.*
- 73 *Pensionarius an teneatur verificare bonum in consentienti reservationi pensionis.*
- 74 *Pensionis translatarius an teneatur justificare jus & titulum transferentis, remissive.*
- 75 *Exceptio opposita per citatum, se non possidere beneficium pensione gravatum, legitima est ad impedientiam illius executionem.*
- 76 *Citatione esse possessorum beneficiorum pensione gravata, & fructus perceperit, vel per eum faciat, quominus percipiat, qui teneat verificare.*
- 77 *Pensionis extincta per professionem pensionarii non impedit executionem, nec retardat solutionem, quia requirit aliorem indaginem.*
- Et an talis exceptio debet prius discuti in iudicio ordinario, ibid.
- 78 *Pensionis extincta per matrimonium subsecutum non impedit executionem literarum.*
- 79 *Pensionarius si post professionem aut matrimonium permissit, in quasi possessione exigendi pensionem, vel ostendit dispensoationem etiam intricatam, & non claram, non suspenditur executio, ut dictum est, alias si non exceptio extinctionis pensionis executione impedit, cum si relevans probata intra brevem terminum.*
- 80 *Exceptio que requirat aliorem indaginem, relinquitur arbitrio iudicis regulato ex dictis hoc cap.*
- 81 *Pensionis solutionem quales exceptiones impediunt, remissive.*
- 82 *Subexecutor vigore clausula (ceterum) an queat procedere execuiri contra bona debentis pensionem, & an sit excedere dicatur, ut appellatio locus sit contra Flor. de Mena, & Camillus Plautum defensori Auditor.*
- 83 *Subexecutor cum clausula (ceterum) debet esse in dignitate constitutus, cum si mixtus non meritis.*
- 84 *A declaratoria incursum censoriarum, contentarum in Bulla pensionis appellari an licet quoad utrumque efficiunt.*
- 85 *Commissio appellations super declaratoria censoriarum literarum pro executione literarum Apostol. rescribitur cum clausula (patito brevi) ne suspendatur executio.*
- 86 *Declaratoria incidunt in iudicio executive, ejus natura vestitur propria emissa.*
- 87 *Pensionis redditio potest peti coram ordinario, si fructus Parochialis post reservationem venerint in diminutionem, absque speciali commissione Pape.*
- 88 *Pensionis reformatio a principio excessiva non potest coram ordinario tractari, nec legato, nisi ex speciali rescripto Pape.*
- 89 *Exceptiones plures aliae quando possunt opponi executioni pensionis, & de effictibus quasi possessionis pensionem exigendi, & quibus clausulis in eius causa appellatio rescribitur, & de aliis pluribus in causa judiciali in materia pensionis, qui sint videndi.*

Hanc libet brevibus difficultatem absolvere, cum duplicitas casu suppositione. Et primus; quando pension fuit assignata, pro alimentis Clerico, aut pro servitio temporali,

## Pars III. Cap. III.

- ut puta pro pulsandis campanis, aperiendis foribus, aliisque pro qualibet simili temporali officio, & hoc causa appellacioni à sententia lata super hujusmodi pensione interpolata minime esse deferendum, iustè potant Hieron. Gigas in tract. de pensione, q. 95, num. 3. & 4.
- 2 ubi dicit, quando pension referatur pro alimentis, & pro vita humana sustentatione quoquomodo in eis processus fulminetur, five executive, five summarie tantum, appellatio non admittetur, quemadmodum nec causa alimentorum, ex l. fin. ff. de appell. recipiend. de quo & nos exinde suspira cap. 1. & sequuntur Gigantem idem tenet Scaccia de appell. q. 17. lim. 7. num. 5. Reginellus tract. de appell. § 2. cap. 3. n. 277, quia dominum & ex eo etiam probat, quia in charitativo subdilio imposito per Episcopum pro alimentorum necessitate appellatio nequeatur admittitur, ut determinat Belensis in tract. de ch. ritat. subdil. q. 55. eodem etiam motivo Gigante sequitur Petrus Sordus in tract. de alimentis tit. 8. pricileg. 60. n. 78. quod & valet ex eo compribari, si quidem appellatio non suspendit executionem salarii & mercedis, quia res delegatione non patitur, sed celerem executionem desiderat, ut per Rebustum, Azeved. & Flores de Mena dixi supra hac p. 3. cap. 2. n. 78. uque ad fin.
- 5 Quando autem pension aliqui reservata fuit eo quod beneficium resignavit, seu litigando cessit iuri litus, & causa, super qua literae Papales fuerunt expeditæ, & tunc pariter nec à sententia lata super eis per executo rem pro solvendo pensione appellatio emissa a postfatre condonata, minime admittenda est, nec in delegata delatione voluntaria committitur, cum caret suspensio, probant Hieron. Gigas ubi supra, dicta qu. 95, num. 5. num. 570. & per Rebustum in tract. de sententia provisione in prefatione n. 125. Scaccia de appell. qu. 17. lim. 7. sub. fin.
- 6 Tum ob reverentiam Apostolicarum literarum, quia cum habeant executionem patram, non datur regulariter appellatio suspensa: immo humiliat & reverenter illis per executorum parendum in eisdem literis nominatum, l. 1. ff. de confit. Princip. si quando de script. l. 5. tit. 18. p. 3. Mohedanus decis. 35. ante fin. vers. quia tunc propter autoritatem literarum debent exequi, de remuneratione Staphilie de literis gratia § ad praedicta facit n. 14. Marquess. n. 39. Rebustum, in praxi de rebus jud. Marescot. varia. resolut. lib. 1. cap. 20. num. 1. qui tellatur, ita fuisse resolutum in una Taracone, villa de Reus 8. Februario 1593. coram Card Seraphino. & in alia Spoletanis repsonfionis 5. Iulii 1599. coram Corduba. non inhibito à iudice commissario, & causa appellations cognoscente, emanata efficit iudici à quo, ut probant Caesar de Graff. decis. 3. num. 4. de sententia & iud. Hieron. Gonz. ubi supra n. 224. & Garcia n. 573. nam illa clausula enervat vim, & effectus inhibitionis immo inhibitus certe facit submetella de conditione, prout in commissione, à quo non alter recipit jurisdictionem. Mandof. de inhibitione qu. 30. & 32. Lancelet. Robert. de intent. & part. cap. 20. ampliar. 11. num. 28. Caesar de Graff. decis. 3. num. 4. Nicol. Garcia. ubi supra 6. part. cap. 3. num. 140. quia inhibitione dicta conditio in se videtur (sic) contra iurium temeritatem Marescot. varia. resolut. lib. 1. d. cap. 20. num. 2.) quoniam si 8 iudex cui committitur causa, non habet jurisdictionem nisi executione peracta, ergo non poterit inhibere, & desistere, nec impetrare judicem à quo, ut exequatur.
- 7 Et magis in specie facit, quoniam in exditione pensionis virtute literarum proceditur executive adversus titulum tam ob eum reverentiam, quam ob obligationem cameralem que fieri assulet (ut aliud agens) dixit Rota in una Lucea sacramen pensionis 15. Febr. 1593. coram Seraphino, & in alia Arretina pensionis 26. Junii 1600. coram Milano, quas in aliud propositum adducit Nicol. Garcia. de benef. i. p. c. 5. num. 4. 5. 6. & seq. Mohedan. d. decis. 33. Guidobonus decis. 45. & decis. 141. Flores de Mena in tract. q. 9. 12. n. 24. Hieron. Gigas, de pensione, qu. 95. num. 5. ab executione appellatio non posse quoad fulpensionem effectum, notum est ex lab. executione, C. queror appellat, non recip. lab. executione, ff. de appellat.
- 8 Et in tantum hoc verum est, quod appellatio à decreto, seu sententia probata, vigore harum literarum interposita, suspensione careat, quoniam non sole concedi commissio appellations hujusmodi ab ille clausula (sine praedictio legitime executionis) secundum Vellarium in tract. l. 3. c. 1. num. 3. optimè Marescot. varia. resolut. lib. 1. d. cap. 20. num. 2.) quoniam si 8 iudex cui committitur causa, non habet jurisdictionem nisi executione peracta, ergo non poterit inhibere, & desistere, nec impetrare judicem à quo, ut exequatur.
- Ac propterea & ab hujusmodi inhibitione appellatio interposita est tanquam licet à iudice deferendum ex supradictis, & quia praedicta clausula limitant, & suspendunt jurisdictionem, quae derit iudici commissio de appellations cognoscere. Caesar de Graff. decis. 101. num. 1. immo talis clausula tribuit jurisdictionem conditionalem, & operatur, quod iudex non possit validè procedere in negotio principali, nisi solum Salgado de Protect. Reg.

## 352 De Regia Protect. vi oppress. appell.

prius pensione, Sarnerius in compendio signature n.84.

Parisi. conf.9. num.12. lib.4. Joan. Paul. decif.61. Puteus decif.9. de pension. Anton. August. de clausul. fine retardatione, &c. num.6. Caesar de Graffis decif.8. num.1. de re judica. Rota diversorum decif.301. p.1. Marescot. variar. resolut. lib.1. cap.22. n.19. & nos diximus inferius, & ipse c.21. n.9. diximus in causa Verull. pension. 29. Maii & 15. Junii 1587.

21. coram Card. Plato & in Romana de Cineis 23. Junii 1595. coram Mantica, & de eodem anno in alia Burgen. pensionis 24. Novemb. coram Cardin. Blanchetto, adeo ut per itam clausulam non possit in causa procedi, etiam si penitus sit verè soluta, sed tamen de solutione in auctis non constat: quia iudex debet esse certus de sua jurisdictione, ita amplius Marescot. ubi proxime n.4. & tellatur ita fuisse tentum in una Tarraconenf. pen. 15. Novemb. 1593. coram Gypso, & facient ea qua latè à nobis dicta sunt supra 2. pars. in cap. 10. dum egimus, quando sit deferendum appellationem ab inhibitione.

22. Sed quia multoties ex modo procedendi in exigendis pensionibus soleat qualitas, ac natura rei alterari, seu variari, ita ut sententia appellabilis (ut diximus) inappellabili efficiatur, ideo aliqua utilia & necessaria annectere libuit, ex quibus interdum unum, tunc aliud cognoscere quæstus, illo supposito, quod aliquando à possessore beneficii, contra quem dirigitur exercitio literarum: legitimam aliquam opponi exceptionem, quæ si admittetur, ut talis impedit executionem, 23. tunc quia gratia est subreptitia, & auditor Cameræ est incompetens, ac per consequens ejus subexecuter, vel exceptio, quæ oritur ex ventre, seu natura ipsius gratiae, tacite, vel expresse, purè, vel conditionaliter, quæ allegata, & opposita, sicut incontinenti, & summarie appetit, & conflat (eclausa calumnia) tunc executor auditor vel ejus subexecuter excedit si eam non admittens, exequatur, & ab eo potest appellari quoad utrumque effectum, devolutivum, & suspensivum, probat Gigas in tract. de pension. d.9. 95. cum Fel. nota. Amil. Beral. decif.333. p.1. & idem Gigas q.70. Hier. Gratian. conf.36. per tot. lib.2. & cum Gigante d.c.95. n.5. idem dicit Marescot. variar. resolut. l.1. c.19. num. fin. ubi de excessu executoris loquitur, Flores de Mena in tract. q.12. n.44. qui n.46. ad nostrum propositum dicit, quod si oppressus pro hujusmodi appellationis delatione ad supremæ tribunalia occurrat, vim fieri declarabitur, & innovata post eam Senatores reponi jubebunt, quoniam hac directa via aperta, auditori camera servatur illæsæ juridictionis, authoritas, & obedientia debita maximè Gregorius XIII. in Bulla proprio motu, quæ est inter collectas 9. non dat auditori jurisdictionem in prima instantia exceedinge metas, & formam rescripti, Rotaque executionis tramitem, & ut nos alibi Deo dante diximus, infra 5.p. cap. fin.

24. Verdum executioni Bullarum pensionis pariter locus non erit, nec etiam clausula (fine retardatione aut fine prædictio legitimæ executionis) effectum suum operabitur, quoties ex ventre literarum constat, & appetit ex ejus inspectione virtutum seu nullitatis pensionis, seu aliqua alia exceptio, quæ hanc impedit executionem illarum, Rota decif.310. num.3. fuit tentum, p.1. divers. Gomei. in compend. signat. n.85. & 86. Sarner. in compend. signat. n.84. Anton. Augustinus de clausula retardatione, in prim. Cassiodor. decif.10. de rescript. Achil. decif.4. in fin. eod. tit. Joan. Hieron. Campanil. divers. iur. canon. rubr. 11. n.13. n.286. Marescot. variar. resolut. lib.1. cap.21. n.7. ubi allegat Gigantem de pension. q.85. n.10. & idem Marescotus q.22. n.18. & seqq. qui 25. alios, contrarium tenentes recenset, qui n.23. optimè declarat, ut clausula non procedat, nisi pro summa contenta in sententia, ut fuit resolutum in una Romana pensionis 23. Maii 1576. coram Blanchetto, quæ habetur in decif.310. p.3. diversor.

Et ista conclusio, quæ dixi, exceptionem ortam ex ventre Bullæ illius executionem impedit, intelligitur quando gratia est conditionalis; cum hoc casu vim, seu exceptio nullitatis dicatur oriri ex ventre literarum & non alia, ita declarat Marescot. variar. resolut. lib.1. cap.22. n.19. & nos diximus inferius, & ipse c.21. n.9. diximus in causa Verull. pension. 29. Maii & 15. Junii 1587.

26. Secundò declaratur, nisi adsit quasi possessio ex 27. gendi pensionem, quia tunc non obstante, quod exceptio oritur ex ventre bullæ, effectus d. clausula (fine retardatione) non impeditur. Cassiodor. decif.10. n.8. de rescripti. Vestrius in præxi lib.3. cap.ult. n.1. Puteus decif.58. n.4. lib.1. Marescot. variar. resolut. lib.1. cap.21. num.10. & 22. n.20. quibus locis tellatur, ita fuisse tentum per Rotam in una Burgen. pensionis 19. Februario 1596. coram Blanchetto, & in una Sabine, pensionis coram Mantica ibi allegata, & hoc ultimum bene limitat ipse Marescot. d. cap.21. & 22. nisi ipsa possessio esset turbida, & non clara, vel penitus soluta fuisset per compulsionem, & metu censuratum, ad quod plures Rotæ decisiones adducunt in comprobationem, ut tunc non constituit eum in quasi possessione.

Igitur quando executivè agitur, auditor camere (executor literarum executorialium) postquam sibi finit literæ praesentatae, procedit vel per viam monitori usque ad mandatum executivum, vel per viam processus, fulminando censuras secundum tenorem Bullæ, & committing publicationem omnibus & singulis, & cum clausula (ceterum) Octavia. Vestrius in præxi Romana Curia lib.2. c.4. p. pine. Camillus Plautius in tract. de pension. Episcop. à num.27. fol. 534. tom.5. tractatus notorum. Mandof. in tract. Domini quæst. 31. cum seqq. & q.76. & ille subexecutor virtute clausula (ceterum) processibus fulminans, &c.) debet esse Canonicus Cathedralis vel alias in dignitate constitutus, quia est mixtus, licet summariam & executivam habeat causæ cognitionem, & formam mandati, ut in terminis advertit Ferretus conf.5. & Navar. in cap. cum contingat de rescript. 3. causa nulli.

Et cum primum praesentantur prædictæ literæ tam gratiose, quam rigorosæ, seu executoriæ, & si vigore dictæ clausula (ceterum) sumitur iudex, simul præsentatur prædictus processus fulminans, vel dumtaxat ipse processus in quæ literæ sunt inferte, quibus præsentatis, pensionario petenti mandatum seu monitorium contra possessorem beneficii, pensione gravati, pro tot ducati, &c. executor iubet dari, literis insertis, vel prædicti processu, ejus virtute afflupsum iudex, quod quidem mandatum continet in possessori fin. 6. dies, vel alium brevem terminum pensionario tot duatos debitos solvat, sub excommunicationis sententia, censuris, & poenis, &c. & infra eundem terminum doceat de solutione, & partione, & aliquo dicto termino compareat, ad videndum se incidisse in excommunicationem, aliaque sententias, censuras, & poenas prædictas declarari, facta citatione ad omnes, & singulos actus executionis aggravationem, & reaggravationem, cum communicatione, seu certificatione, quod five comparuerit, sive non, ad prædicta & alia, quæ justitia suadet, ejus absentia, seu contumacia non obstante procedat, &c.

Hoc igitur monitorio, & mandato intimato, aut agitur contra possessorem, qui consentit pensioni, & tuoc servatis terminis de stylo curiæ servari soliti, aut accusata contumacia, nisi compareat statim aliquæ alia verificatione (et reservatio fuerit conditionalis) datur sententia declaratoria, facta condemnatione expensarum, servata taxatione, ut latius videatur poteris ex Garcia de benef. 1.p. cap.5. num.532. cum seqq. & plures allegans Flores de Mena ubi supra n.24. Sivero resolutio est conditionalis, aut possessor, contra quem agitur, is idem non est, qui consentit pensioni, debet penso-

pensionarius coram executore ostendere, & probare, si elle in quasi possessione, exigendi dictam pensionem, quoquidem relevatur ab onere justificandi literas alios, quin vero illas tenetur justificare, earumque narravam, aut conditionem verificare, ex his, quæ ipse Garcia supra n.539. & 6.p. c.2. dub.1. Flores de Mena supra n.26. & seqq. ubi dicit cum Mandosio, Cas-36. fidador, Gomei, & alii, quod sufficiet monitorium auditoris in certo tenore gratis, quod facienda executionem in bonis iipius successoris, non tam ad eum declarandum, incidunt in excommunicationem & poenam Bullæ, nisi ei intimetur, ut latius ibi per eum.

37. Ex quo ille, qui est absens a loco judicis, fuit citatus ad totam causam, & est contumax, alia non erit facienda citatio. Specula. 2.p. tit. de citatione. §. viii. n.4. & 5. & ibi Joan. Andr. in add. verbo incumbit. Nicol. Mitis verbis citatus specialius ad unum. Abb. in c. fin. de dilatib. n.9. & seqq. Vantius in tract. de null. ex defecta citatione. n.101. Maranta de ord. jud. 6.p. tit. de citatione. n.118. Gravatus ad Vestrius lib.4. c.4. n.15. & Rota decif.8. de sefibus aliar. 93. in novis ad fin. ubi dicit, quod partes sunt citandas ad totam causam inclusivæ, & citations, quæ posse fuerint in curia per audiendum contradictarum, seu alias, potius sunt de urbanitate, quam de necessitate, & rigore juris, ut tradit Hieron. Gonzal. in gloss. 9. in annos. n.74.

38. Et tamen si citatus comparens allegaverit contra executionem aliquam legitimam exceptionem, velut solutionis, remissionis pensionis, aut redemptionis, faciat auctoritate Papæ, vel similem altam notoriæ, seu evidentem, que incontinenti potest probari, nec longiori indagine indigeret, & tunc debet iudex brevem terminum ei assignare, cum sit incontinenti probanda, non decem dies, quæ in Hispania conceduntur executatis, fed maiorem, vel minorem, prout iudex arbitribitur Hieron. Gigas in tract. de pen. quæst. fin. n.20. & per seipsum, & etiam per Men. o. de arbitr. lib.2. casu. 9. & 12. Contard. in Lutice C. si de monem. lim. 12. Malla Gallehus de obligacione Came. 4. part. q.1. Garcia d. c. 40. 544. & seqq. Flores de Mena d. q.12. n.32. ubi dicunt, quod si exceptions oppositæ requirunt altiorem indaginem, referentur iudicio ordinario.

39. Unum non omissum examinare, an excepio litis pendente in via ordinaria inter possessorum seu Receptorem gravatum, vel super reformatione pensionis, vel super nullitatem, opposita coram auditore camera, aut subexecutore in partibus, à dicto vigore clausula (ceterum) procedente ad executionem per viam monitori, & reintegrationis, vel per viam declarationis incursum censuratur (ut dictum est) an eadem executionem debeat impidere Brevibus negativè respondere, imo ea non obstante potest executor ad ulteriora procedere, five quando dicta lis pendet ex vi commissione Pontificis cum clausula ordinaria (fine retardatione solutionis pensionis) ut per Rebiff. in tract. de pacificis possess. n.156. & per Hieronym. Gigas supra quæst. 69. nota Octav. Vestrius in præxi Romana Curia lib. 3. c. fi. nu.1. & idem Gigas q.85. & 47. Camillus Plautius in tract. de pension. n.2. Lancelot. Robert. de atten. 2.p. c.10. n.38. & c.17. n.60. & 92. idem Gigas q.39. Fabius decif. 182. in una 3. part. divers. & post Marescot. & plures Rotæ decisiones tenet Joan. Hieron. Campanil. divers. iur. can. rubr. 11. cap.13. num.285. Staphil. de liter. just. & in primis n.85. Gigas quæst. 62. n.12. Marescot. ubi bene explicat lib.1. variar. resolut. cap.21. à n.1. qui tellatur hic fuisse dictum in una Cœlestia pensionis 6. Novemb. 1596. coram Corduba, in una Romana pensionis, sub die 18. Junii 1597. coram Pamphilio, & alias plures, quas adducit num.2. qui dicunt dictam clausulam hoc casu apponi duplicit ratione, prima ad obviandum fraudibus, & malitias, solvere recuperare. sup. num.41.

40. Hoc autem, quod de exceptione nullitatis diximus, ita erit intelligendum, ut si non sit notoria, ac evidenter.

Salago de Prost. Reg. Gg. 3 ter

ter ea conflet, sed requirat altorem indaginem, sive cum ex litis pendienti simus sive ipsi sola apponatur executioni; utique obflare non tenetur, ex his, que per Bart. & Ripam in l.4. §.condemnam, de re judic. Langu. 2. col. de attent. iii. de attenta. nullitate pendente, & nos his que sive sum diximus, & inferius in cap. 9. ubi latet, ut puta quando nullitas versatur circa extrinseca gratia pensionis, videlicet: quando pensio fuit reservata ex causa resignationis aut cessionis juris, & iuris, & disputatur de titulo, & iuribus regnantis, vel ne validitate concordia, quae non impediat, sed referuantur iudicio ordinario, & procedunt Doctores supra secundum Flores de Men. d. quest. 12. n. 32. quem in 53 hoc sequitur Garcia supra num. 546. & quod d. exceptio debet incontinenti constare, post alios tenet Joan. Hieron. Campan. divers. jur. canon. rubr. 11. cap. 13. n. 266. post alios quos citat.

54 An vero quando praediti nullitas versatur circa extrinseca ipsius gratiae; nempe, circa ejus surreptionem; vel obrepitionem; scilicet quia impetrans non fecit mentionem de alia pensione prius constituta, quia tunc secunda impositio nulla iudicatur, & subreptita, ut per Cacciap. in tral. de pensionib. decis. 3. Petrum Gambra 6. part. n. 12. Paul. Aemil. Veral. decis. 310. & 311. 55 n. 4. & 311. lib. 2. & haec est legitima exceptio ad impedientem executionem, quia efficit executorum omnino iudicem competentem, ut concludit Hieron. Gigas de pens. quest. fin. n. 13. & per eum eleganter quidem Flores de Mena ubi supra n. 33. circa quem aequivocè loquitur Nicol. Garcia de benef. 1. part. d. cap. 5. n. 546. ex cuius verbis, vix aperite colligi potest; ac contra Menam respondeat, quod si faciat, & respondet ad Gigantem allegatum, & dicat, ut ille se declarat. profecto Gigas ibi melius ad propositum opinionis Flores de Mena loquitur applicans validissima fundamenta, nullo autem pro sua sua est Garcia.

56 Nam cum litera reservationis pensionis cum illa clausula dummodo remaneant centum pro Rectore, seu milie pro Episcopo, vel dummodo tantum partem fructuum non excedat) est conditionalis, de qua in primis, & ante omnia constare debet, & versificari, sive ordinariæ, sive executivæ agatur, ut latet ex his, quæ cumulant Nicolas Garcia, plures allegans, d. cap. 5. n. 485. Cagliador. decis. 10. de scriptis. Gigas q. 85. n. 10. idem quest. fin. n. 15. & plures decisiones Rotæ in hoc propositum, ad literam referunt Garcia supra n. 464. cum pluribus seqq. late etiam plures Doctores, ac Rotæ decisiones in propposito concessis Marchella. de commiss. l. p. cap. 14. n. 45. fol. 137. & late etiam cod. 1. 14. quod est additamentum n. 79. cum seqq. fol. 153. & ex 67 Gomezio in Compendio utriusque signature dicit Flores de Mena d. q. 12. n. 42. quod si gratia pensionis aliquas qualitates, aut conditions contineat: non potest executivæ executor procedere, nisi prius verificatis qualitatibus, & si contradictorium iudicium, & viam ordinariam requirant, quia tunc auditor tenuerit assumere partes judicis, ex Felin. in fin. de presumpt. remittenda sunt ordinario in prima instantia ex dispositione Concilii Tridentini, ut pariter sit dicendum, quando Rector onere pensionis gravatus per longum tempus: puta, per decennium pensionem non solvet, & haec exceptione opposita caulas apparentes non solutionis allegando (remissa causa ordinario) non potest auditor, & executor contra eum procedere via executiva, nec tunc commissio appellatio datur cum supradicta clausula (sive retardatione solutionis pensionis) ob presumptionem quæ viget in ejus favorem, ut notat Gigas d. quest. 85. num. 2. & per Gomezium ubi proxime. Flores de Mena n. 41. plures in propposito citat, & sequitur Marcella. de commiss. pars. 1. cap. 14. el. 2. n. 42. fol. 148. & hac ratione vim facere subexecutorem in partibus non deferentem appellacioni declaratum videt.

58 Nec est bona illatio, nec bonum argumentum, quod alias facit ipse Nicolas Garcia videlicet num. 560. cum seqq. ubi dicit quod exceptio nempe, quod beneficium erat gravatum alia interiori pensione, non impedit executionem literarum ultimæ pensionis reguliter, nam quamvis certum sit, ipsam non valere ipso iure, si de prima mentio facta non fuit, etiam motu proprio reservata sit, ex Cagliador. Caputa. Mohamedano, Mandofo, Flaminio Parifio, & aliis, etiam prior fit conditionis: tamen dicit ille, cum excipiens tenuerit probare, quod tempore secundaria, prima erat reservata, & quod erat valida secundum Caput. dec. 301. Flamin. Par. de refig. lib. 6. qu. 2. à n. 40. Cota dec. 110. & 107. ista exceptio requirit altorem indaginem. Sed miror tanti viri, hanc namque, quis opponens incontinenti intra terminus datum à iudice non verificabit? immo brevissimum, cum probata sit ex dicta utriusque Bullæ dumtaxat; & sic non sequitur, aliqua exceptio require probacionem, ergo requirit altorem indaginem, quoniam; ut supra diximus ad hoc dumtaxat datur à iudice executori terminus, licet brevis, ejus arbitrio, ut apposita exceptio intra illum provetur, & sic nihil mirum, ut contra ipsam fortiter te-

70 Item legitima reputatur exceptio, ad impediendam Bullæ pensionis executionem: quando ipsa imposita fuit super duobus beneficiis, aut pluribus, quæ possimodum devenerit ad diversas personas, & possessores: quia feliciter non tenentur ad dictam pensionem in locum, sed pro rata tantum, quo casu cum pensione non possit dici liquidus donec iudex cognoscatur, quæ sit rata portio, quæ tangit unumquemque, & circuatus valorem omnium beneficiorum; ideo tanquam exceptio executionis legitima reputatur, quare non restributur etiam cum clausula (sive praejudicio legitima executionis) vel (sive retardatione, &c.) ita tenet Anton. Aug. de solut. pension. n. 2. Sarnen. in compendio signature n. 88. vers. 8. & alias casu. Gigas de pensio. q. 85. n. 5. & ex constituti, & illis Abb. Innocent. de religios. domi. conclusi. Rota adducta per Sarnen, ubi proxime. Paleot. dec. 304. in manuscriptis. Paris. de refig. benef. lib. 6. q. 4. n. 47. Joan. Hieron. Campanil. divers. jur. can. rubr. 11. c. 13. n. 287. fol. 162. Marefot. variar. resolut. lib. 1. c. 21. n. 16. ubi testatur sic fuisse resolutum in Rota in una Segobiensi pensionis coram Cardin. Seraph. sub die 19. April. 1602.

71 Memineris tamen, quod dicit Flores de Mena in 162 pral. d. quest. 12. n. 25. cum Camillo Plautio in tract. de pensioni. B. f. cap. 1. n. 27. fol. 534. tom. 5. r. 1. novorum; quod subexecutor vigore clausulae (ceterum non posset procedere executive contra bona debent pensionem), quia hoc sibi comisum non est: sed solum potest publicare censuras fulminatas ab auditore Camerae in casu non solutionis, & denuntiare debatore excommunicatum & praepare alii: ut eum denuntiant, & evitent, alii excedent, & posse propterea ab eo appellari, quia meritò contra eos resolvit Nicolaus Garcia ubi supra 1. p. c. 5. n. 185. & sursum, ex eo quod 163 executor auditor commitit illi suas vices absolute pro executione pensionis, prout ipse Flores de Mena sentiret, n. 30. quod corroboratus ex eo, quod superius diximus, ideo hunc subexecutorem debere esse in dignitate constitutum; quia mixtus est, non merus executor.

72 Sis et illius sententia memor: quod cum ad denuntiationem & publicationem excommunicationis hujusmodi requiratur prævia declaratoria illius, ad Gigantem qu. 78. num. 4. ut nec ex eo causa efficiatur appellabilis, cum sit executiva, secundum Nicolaum Garcia d. c. 5. n. 586 contra Camilum Plautum loco proxime citato, nec ab hujusmodi declaratoria appellatio interposita non deferens vim faciet: executor, & ultra Nic. Garcia idem affirmit Marquef. de commiss. 1. p. c. 14. n. 1. quod commissio appellacionis à declaratoria 164 76 Garcia supra n. 567. qui quamvis numerus sequentibus dubitet an ipse pensionarius tenuerit verificare, reum conventione successus in dicto beneficio, & ipsum percepisse fructus, vel stetisse per eum, quomodo illos percepisset, anteaquam reus id afferat: tamen quando executus id opponit, nemini dubium est ipsum tenueri legitimare, cum est de substantia iudicii, & executionis.

77 Quibus addet, quod exceptio extinctionis pensionis, per professionem pensionarii non impedit executionem, nec retardat solutionem pensionis, immo, ea non obstante, declarandus est titularis; si non solvit, quia requirit altorem indaginem, cum Monachus ex dispensatione possit pensionem retinere, & sic de eis prius est in iudicio ordinario cognoscendum, & iudicandum, ut tenet Caput. decis. 821. p. 1. & dec. 223. & 317. p. 2. Guidobonus. decis. 138. & ita pariter terminavit Rota, cuius decisionem literaliter refert Nicol.

78 Garcia d. p. 1. c. 5. n. 548. ubi id infirmat in exceptione extinctionis per matrimonium subfectum, allegans alias decisiones, quas quidem omnes & bene ipse à n. 553. intelligit, & declarat; ut locum habeant in causa, si quo loquantur, nempe quando post contractum matrimonii, vel professionem, pensionarius permanuit in quasi professione exigendi pensionem, aut etiam quando pensionarius post matrimonium ostendit dispensationem; quamvis intricata, & non claram: 79 quia tunc interim dum in iudicio ordinario de ea extinctione non iudicatur, soluto pensionis differenda non est, quo deficiente (dicit ille) ista exceptio ex-

tempore circa ea quæ dixi supra, adverte quod 165 quando fructus Parochiales devenerint in diminutionem post reservationem pensionis factam; potest peti reducio, & ejus reformatio coram ordinario sine speciali scripto, & commissione Papæ, etiam pensione fuerit reservata per ipsum Papam, quia intelligitur reservari per statutum, Decius conf. 335. Aymon. conf. 195. n. 4. Tiraq. in l. si unquam de revoc. don in prime à n. 166. & 161. Gutier. de iura. confirm. l. part. cap. 7. n. 6. Et amplius circa ea quæ dixi supra, adverte quod 166 quando vero à principio illuc reservatio per Papam facta fuerit excessiva, quia tunc de ejus reformatione non potest tractari per ordinarium, nec legatum, nec alium iudicem nisi ex speciali scripto Papæ, videtur Garcia d. c. 5. n. 440. & 441. & superius 368. ubi etiam agit in qua quantitate pensione reservanda sit;

tam in beneficiis simplicibus, quam in curatis & Episcopatibus, haec ad nos attinent, cetera autem pensionis materia suos habet autores, illos require in necessitatibus.

Et de pluribus alias exceptionibus, quando locum habeant in pensionis executione, & de effectibus quasi possessionis in illius exactione, & quando rescribatur vel non rescribatur, cum clausula (fine retardatione solutionis pensionis) vel (fine prejudicio legitimae executionis) & de natura, & de variis effectibus illius clausulae, de aliis pluribus de materiis judicitali in exactione pensionis, vide ultra Nicol. Garciam, & Flores de Mena loco plures citato, Marquesa, de commiss. appellatio in causa pensionis c. 14, per 10. 1. scilicet & 2. quod in duas partes divisit, 1. part. fol. 133, cum seq. & fol. 142, cum legg. amplissime, Marecotum var. resol. lib. 1. c. 21. & 22.

## CAPUT IV.

**A** secunda sententia revocatoria prioris, sive contra actionem, sive contra reum lata in iudicio sui natura privilegiata & non admittente appellationem; an ei interposita non deferens judex vim faciat, & quid a prima lata contra agentem, & eandem viam privilegiatam intentantem.

## SUMMARIUM.

- 1 Sententia lata contra agentem aliqua via privilegiata, & non admittente appellationem an illam admittat quod utrumque efficiunt.
- 2 Sententia in secunda instantia lata in favorem agentis via privilegiata revocatoria prioris contra illum latam, an executionem sit mandata non obstante appellatione, ibid.
- 3 Sententia secunda revocatoria prima privilegiata, & jam executio, an sit pariter executioni (altera revocata) mandata appellationem non obstante, ibid.
- 4 Sententia lata contra intentantem viam executivam medium possessorum, & potenter alimenta & similia, appellationem admittit quod utrumque efficiunt.
- 5 Sententia lata contra potenter militem ex 1. f. de edito D. Adr. permittit appellationem suspensivam.
- 6 Idem est in sententia negativa lata in aliis possessoriis remedii.
- 7 Sententia lata contra actionem potenter alimenta licita est appellatione suspensiva.
- 8 Appellatio non licet, quando agitur de convertendo frumentum in usum militum & subfidiu amnona.
- 9 Sententia negativa distributionis amnona in usum militum, admissit appellationem quod utrumque efficiunt.
- 10 Sententia lata contra mulierem potenter datum recipit suspensivam appellationem, licet lata in ejus favorem non suspensatur.
- 11 Preceptum de solvendo pensione licet non admittat appellationem, tamen ubi negatur ipsius preceptum ad pensionem agentis, licita est quod utrumque, quia cessat privilegium.
- 12 Sententia de non exequendo rem judicialam aut obligationem Cameralem permittit appellationem suspensivam.
- 13 Licet alii contra inadvertentes & promiscue dicant, à precepto de exequendo, & non exequendo non dari appellationem, ibid.
- 14 Ratio redditus fundamentalis, quare detur appellatio suspensiva actioni in eisdem actionem privilegiata, & portante sententiam negativam, cum affirmativa non suspensatur.
- 15 Sententia regius aditus per viam violentie quotidie decernit, vim facere jucundem non deferentem appellatio-

nem emittit a sententia negativa lata contra agentem aliqua via privilegiata, scilicet executiva.

16 Clausula decem durum in via executiva debitori affigata, ut iniuriam suam probet exceptiones, cum si in favorem actionis limitata, potest eo desiderante prorogari.

17 Text. m. c. fin. de mut. petitionibus interpretatur.

18 Appellatio prohibita in causa conventionis, an censetur prohibita in causa reconventionis.

19 Clausula recripsit ad hanc (appellatione remota) si respicit totam causam, est communis Actori & Reo.

Rescriptum ad hanc est commune, & regulatur secundum ius & iustitiam, ibid.

20 Actor & Reo non debent ad imparia judicari, nec actor licet, quod reo iustitiam non existat.

21 Equalitas in iudicio semper est servanda.

22 Correlative in uno, si sit prohibita appellatio, in altero ex correlative intelligitur prohibita.

23 Rescriptum quo probibetur appellatio, pariter operatur in prejudicio actoris ex re capite equitatis servanda in utroque.

24 Appellantur ne tradatur possessio suo adversario, patiter ne ei irradenda erit.

25 Causa conventionis si est tractanda summarie vigore rescripti pariter summariæ tractanda est causa re-conventionis.

26 Clausula (appellatione remota) apposta in commissione primæ instantiæ, censetur repetita in commissione appellationis.

Clausula (appellatione remota) idem operatur, quando virtualiter subintelligitur in secunda commissione, ut puta quando referatur ad aliam, a qua virtutem & potestatem recipit, ibid.

27 Causa quando est summaria, omnes eius articuli etiam summarii sunt.

28 Clausula appellationis prohibita non intelligitur repetita in alia persona, quando diversitas rationis alius specialiter judicat, quia in una ex partibus tantum favor, aut odium duxerat virum.

29 Agens privilegiata via si sententiam contra se reportet, appellatio suspensiva, si autem reus illum reportet, non quia in utroque diversa favoris militat ratio.

30 Sententia lata contra agentem via privilegiata, quia ab ea appellans revocatoriam illum obtinuit, hoc secunda revocatoria erit executioni mandanda.

Exempli probatur in executione instrumenti guaranteee, ibid.

31 Executione denegata Vigore brevis per subexecutorem quo appellatio potest, iudex Rota iustificato certior brevis, illud exequi, quemadmodum poterat iudex a quo.

32 Sententia lata in favorem rei coventi de spolio intentato, si in causa appellationis revocatur hac secunda sententia lata in favorem actionis, mitiatus executioni non obstante appellatione.

33 Sententia secunda affirmativa, & revocatoria prioris negativa si simul lata sit declarando primam nullam, an mereatur executionem.

34 Iudex ad quem appellationem est in provisio Parochialis ob aliquam legitimam causam anteaquam ordinarius providerit vel tradiderit possessionem, aut iudicetur sententiam, declarans bene appellatum, ac provio concursu digniore eligat poterit hic possessionem vacante tradere.

35 Concurso & electione Rectoris facta per ordinarium differentem possessionem aliqua justa causa, si superior de appellatione cognoscens interim revocatio concusa, & electione, potest suam sententiam executionem mandare, & aliquem in possessionem missere vocantem, non obstante appellatione.

36 Favor appellationis prohibita in Parochialis non est inducens propter provisum sed proprii Ecclesiæ vacancem, & ita quocunque vadat Ecclesia vacans, resplenda erit Rectori, qui tunc provisus reperitur.

2. Privile-

## Pars III. Cap. IV.

357

34 Privilegium exequenda sententia ubi conceditur tam ratione personæ, scilicet, creditoribus, alimentariis, & in possessoriis & similiis, si prima sententia pro eius lata non fuit executata, si interim in gradu appellationis revocatur, non potest exequi, nec etiam revocatoria ex ratione signata.

35 Senatus ad quem recurrunt per viam violentie, quotidie declarat, vim non fieri appellationi non deferendo interjecta secunda sententia revocatoria prioris, si ejus virtute mittatur aliquis provisus in possessionem vacante beneficii, & ita communiter practicatur.

36 Iudex appellationis in beneficio curato vacante dicitur primus iudex, & loco ordinarii subrogatus ex-jus iure uti licet.

Ratio propter quam sententia in Parochialis exequitur, durat in qualibet instatia, qua beneficium alicuius vacans, ex quo nullus deficitur de possessione, ibid.

37 Sententia lata in favorem creatoris in via executiva, quando nulla praefixa executio in secunda instantia an exequatur.

38 Devolutio beneficij fit ad superiorum cum omni sua causa, oneribus, & qualitate requista in sui principio.

39 Sententia additionis executionem deferantur nihil interest, à primo, à secundo iudice appellationi lata sit, ut exequatur.

40 Index appellationis succedit in locum prioris iudicis.

41 Index appellationis potest facere ea omnia, que potest in primis iudicis.

42 Causa, quæ est summaria in prima instantia, pariter & in secunda summaria erit.

43 Clausula quod summaria procedatur, si fuit apposta in commissione prima instantiæ, tacite intelligitur repetita in commissione aliarium.

44 Sententia prima si vulneratis instrumentum guaranteeatum scilicet, declarans illud falsum aut usurpatum, secunda revocatoria illum non meretur executionem, donec obireat creditor tres conformes sententias.

45 Executio via si fuit vulnerata, non signatur commissio cum clausula (fine prejudicio legitime executionis.)

46 Executio ubi denegata est ex eo, quod instrumentum est vulneratum, expediantur tres conformes sententiae, secus ubi ex alia causa denegatur non tangentem vires instrumenti.

47 Executio quando denegatur ob aliquam nullitatem reservata jure creditoris, consultius faciet ex iure nigro executionem reperi, quam appellatione uti.

48 Appellationi à secunda sententia revocatoria prima privilegiata, & executioni jam tradita erit deferendum omnino.

L. 4. tit. 21. lib. 4. recipil. ponderatur, ibid.

49 Sententia, quæ est reus condemnatus, uitetur sententia aut instrumento habeti executionem paratam & privilegium at sententia secunda, qua auctor condemnatur, illi non nititur, sed ejus privilegio repugnat.

50 Sententia secunda lata contra actionem revocatoria prioris executive virtualiter est negativa executionis, quo causa etiam in prima instantia actioni licet appellare.

51 Sententia additionis si nulla seu iniqua sit manifesta, an iudex de appellatione cognoscens queat ea neglegela, siam exequi, & quo causa.

52 Sententia seu iudicium orationis, cuius virtute ut magis idoneus electus fuit in possessionem Parochialis missus, licet sit in causa appellationis revocatum, non anovetur a possessione, donec per tres sententias conformes vincatur.

Et ab his revocatoria appellationis per possessorum emissa est deferendum, ibid.

53 Provisum ad Parochiale per ordinarium non est a possesso avocandum, etiam si iudex appellationis nullum

& notorie injustum declarat ordinarii iudicium.

54 Provisum Parochiale per ordinarium si est iuris causa falli

C apitulo hoc tres habent instantias. Prior an à sententia lata contra agentem aliquam privilegiata via, non permittente scilicet appellationem ipsi ut appellatione permittit quod utrumque; ita ei non defens, vim iudicis facile dicatur. Secunda, an hoc privilegiato obtingent in secunda instantia appellationis sententiam in ejus favorem, & sic revocatoriam primam, an hæc executioni mandanda, non obstante appellatione, per adversariam ab ea interposita. Tertia & ultima sit instantia: an scilicet secunda sententia revocatoria prima privilegiata, & ut talis, effectualiter execute: an revocata priori executione, fit pariter executioni mandanda, non obstante executione ab ea emissa.

Circa primam autem instantiam illud brevibus feram: 2 at à sententia lata contra intentantem privilegiatum aliquod remedium, potè, potenter alimenta, agentem possessorum, vel potenter executionem vigore obligationis cameralis, aut guaranteeatæ, & similia, ei sit adeo licita, & permisa appellatione, quod si intentus iudex non deferat, vim faciet evidentem, ita probat Angel. in l. quisquis. C. queritur appellatione non recipi, quem sequitur fuit Jacob. à S. Georgio in l. fin. n. 36. de edito D. Adr. tollen, ubi etiam Zuchard. n. 43. idem etiam censuerunt Tiraquell. in tract. le morti scilicet le visi, p. 5.

falli